UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 105. Synodi Monasteriensis decreta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67332

Visual Library

Sæc. XVII. A. C. 1674

§. CV.

*Synodi Monaſterienſis decreta.*

*Witte Hiſt. Leopold. l. 4.*

Tandem poſt infauſtum belli ſucceſſum Chriſtophorus Bernardus de Gallen Monaſterienſis Epiſcopus unacum Angliæ Rege & Colonienſi Electore Gallico fœderi nuntium miſerat, quia tamen propterea a domeſticis ſubditorum inſidiis ſatis tutus eſſet; quippe Kettenius Senatoris cujusdam Monaſterienſis Filius Rhingravium Urbis Gubernatorem, aliosque promiſſis eo induxerat, ut injectis Epiſcopo vinculis conſtituta die urbem fœderatis tradere molirentur: tempeſtive autem hac conjuratione detecta Epiſcopus Ketteniumcapite plecti juſſit, ac demum invitus licet, pacem cum Batavis iniit, adeo, ut cunctas antea occupatas urbes hoſti reddere coactus, ex tam oneroſo bello præter bellandi voluptatem nullum aliud lucrum reportaret: glorioſius autem hoc item anno die decima ſexta Octobris Synodum celebravit, in qua præter alia nonnulla decreta pro Scholis erigendis, ſalario Ludimagiſtris conſtituendo, pueriſque a puellis interjecto pariete ſeparandis ſalubria condidit ſtatuta. Inculcavit etiam ſerio, ut ſæpius catecheſes haberentur, cum autem ibidem explicata a ſingulis non ſatis bene intelligi comperiiſſet, præcepit, ut pueri & puellæ in Scholis prævie, ac diligenter inſtruerentur.

INDEX

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN